Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



act 2

patrū nrōrum usq; in diebus dauid. qui inuenit
grām ante dm. & petiit ut inueniret tabernā
culū dō iacob. Salomon aut edificauit illi do
mum. sed nō excelsis manu factis habitat. sic ppha
dic. Celum mihi sedes est. terra aut scabellum pedū
meor. Quam domū edificabitis mihi dic dns. aut qs
locus requietionis mee est. nonne manus mea fecit
omnia hec. Dura ceruice & incircumcisi cordib; &
auribus. uos semp spui scō restitistis. sic patres uri.
& uos. Quem pphetarum non sunt persecuti patres
uri. & occiderunt eos qui prenuntiabant de aduentu
iusti. cuius uos nunc prditores & homicide fuistis. qui
accepistis legem in dispositione angloꝝ & non custodistis.
Audientes aut hec dissecabantur cordibus suis. & stri
debant dentibus in eum. Cum aut esset plenus
spū scō. intendens in celum uidit glām dei. & ihm
stantem a dextris dei & ait. Ecce uideo celos apertos
& filium hominis stantē a dextris dei. Exclamantes
aut uoce magna continuerunt aures suas. & impe
tum fecerunt unanimiter in eum. & eicientes eū
extra ciuitatē lapidabant. Et testes deposuerunt
uestimenta sua secus pedes adolescentis qui uoca
batur saulus. & lapidabant stephanū inuocantē &
dicentē. Dne ihu suscipe spm meum. Positis aut
genib; clamauit uoce magna dicens. Dne ne statuas
illis hoc peccatum. & cum hoc dixisset obdormiuit in
dño. Saulus aut erat consentiens neci eius.
Facta ē aut in illa die persecutio magna in eccleſia
que erat hierosolimis. & omnes dispersi sunt per regiones
iudee & samarie preter aplos. Curauerunt aut stephanū
uiri timorati. & fecerunt planctum magnū sup eū.
Saulus aut deuastabat eccliam per domos. introiens & trahens
uiros ac mulieres tradebant in custodiam. Igitur